ieiunos vacuosque remansisse queris. Sic eos nihilominus qui levitate
et curiositate ducti circumquaque vagantes minime resident. Aut qui sedent
quidem sed non in ordine nec in numero ceterorum || Hortamur proinde in
caritate veritatis et pastorali sollicitudine admonemus ne quis ex vobis inveniatur
ad angulos amare sectari latebras querere diverticula quoniam qui male agit o
dit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. sed nec inveniantur in
vobis qui circumferantur omni vento doctrine instabiles et inquieti nichil in se soli
ditatis nichil gravitatis habentes tamquam pulvis quem proicit ventus a facie
terre. Nam de hiis quid dicam quorum manus contra omnes et manus omnium contra ipsos
hii sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes quoniam nemo in spiritu lo
quens dicit anathema Ihesu. nequissima plane et perniciosissima pestis que u
niversos unius obstinatio turbat et fit omnibus discordie fomes materia scan
dalorum. denique prophetam audi qui de vinea domini loquens Singularis inquit
ferus depastus est eam. pro huiusmodi rogo et obsecro vos fratres mei fugite fugite
latebras angulorum et angulos proprie voluntatis fugite inquietudinem et spiritum levi
tatis fugite obstinationem et nequissimum vicium singularitatis nisi forte quod
absit fraudare vultis animas vestras panibus celestis benedictionis || Jam vero ne longius pro
traham vos septem panes quibus reficiamini isti sunt. primus panis verbum dei in
quo vivit homo est sicut ipse testatur. 2us panis obediencia est quoniam meus ci
bus est inquit ut faciam voluntatem eius qui misit me. 3us panis est meditatio sancta
de qua scriptum est Cogitatio sancta conservabit te et ipsa alio in loco nominatur pa
nis panis vite et intellectus. 4us panis oracionum lacrime. 5us vero labor penitencie
nec mireris quod laborem aut lacrimas panem dixerim nisi forte excidit tibi
quod in propheta legisti Cibabis nos pane lacrimarum Et item in alio psalmo Labores
inquit manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit. 6us panis
est iocunda unanimitas socialis panis ex diversis granis confectus fermen
tatus vero sapiencia dei. porro septimus panis est eucharistia quoniam inquit pa
nis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita || Sermo de septem
misericordiis. Sermo xxxiiii.

Misericordias domini in eternum cantabo. et quidem enim michi insipiens ne
scio que cogitatio de penitentia huius omnem murmurat ut asciscat
illud super vulnera mea. Aliud omnino sentio suavius quidem sed uti
que multo magis. Sic enim circuit me miserationibus suis deus sic preludit
sic obruit beneficiis suis ut omnino aliud sentire non possim. Quid enim retribuam
domino pro omnibus que retribuit michi. Tanta tribuit et tantum retribuit et tu
michi de alio omnino loqueris. Defecit spiritus meus prorsus deficit in immensitatem be
neficiorum consideratione et licet dignas non sufficiam gratias agere sed ingratitu
dinem prorsus odit anima mea. perniciosa siquidem res est ingratitudo hostis

q̄ ille gr̄e ingratitudine

anime inimica salutis dico ego vobis quoniam pro modo suo nichil ita displicet
deo presertim in filiis gratie in hominibus conversis quemadmodum ingratitudo viam e
nim obstruit gratie et ubi fuerit illa iam gratia accessum non invenit locum non
habet. Hinc michi fratres tristitia magna et dolor continuus est cordi meo quod

nonnullos tamen pronos ad levitatem, ad risum vel ad scurrilia verba tam faciles video, ut compassionem valde ne forte plurimum expediat; dum immemores sint et ingrati tam multis beneficiis suis, aliquando deserantur a gratia quam non ut gratam vocant. Magis de eo quod dicitur qui murmurare et impatientia obstinato perdurat animo. Aut quem penitet adhuc adhesisse deo et continere, etiam conversionem bonum factum penitentia commutat, qui sine dubio misericordiis dei non modo gratias sed querelas reddit. Domino enim quantum in se est parum honorat eum a quo vocatus est quisquis ei servit in tristitia et murmure, si tamen servire ei quis potest in ea tristitia que secundum mundum est et mortem operatur. Putas ergo quod magis illi gratum deest et non magis etiam quod videtur habere auferimus ab eo? Nonne enim inter potius reputatur quod iniuste donatum est, aut dedisse non penitet quod perdere se videtur? Oportet proinde gratiosum esse hominem et devotum qui propter gratie munera non modo munere sibi desiderat sed et multiplicari. Nemo sane est qui non facile si querit inveniat unde plurimum sit obnoxius deo, quoniam non est qui se abscondat a calore eius. Sed nos maxime quos segregavit sibi et assumpsit ad serviendum sibi soli, si iuxta apostolum non accepimus spiritum huius mundi sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo donata sunt nobis, ubi plurima invenimus unde gratias ei gratis agere debeamus. Quis enim in nobis est qui non confiteri possit quoniam misericordia tua magna est super me. Itaque de tanta multitudine misericordiarum tuarum domine dum vobis aliquas proponere velim, ut qui sapiens est occasione accepta sapientior fiat. Septem ergo in me video misericordias primam domini, quas et vos ipsi facile invenietis in vobis. Prima est quia multos peccantes adhuc in seculo positum custodivit. Prima inquam non item omnes quas impendit sed prima inter has septem. Quis enim non videat quod sicut in multa cecidi sic et in alia potueram cecidisse peccata nisi omnipotentis pietas conservasset. Fateor et fatebor, nisi quia dominus adiuvit me paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Et hec quanta dignatio pietatis quod ingratum et parvipendentem sic gratis conservabat, quod in multis contemnentem et contemptorem nihilominus ab aliis benignissime protegebat. At secunda misericordia tua super me domine quoniam poterit explicari sermone, quam benigna quam liberalis quam gratuita fuit. Ego peccabam et tu dissimulabas, non continebam a sceleribus et tu a verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam et tu domine pietatem tuam. Sed quid prodesset expectatio nisi sequeretur penitudo. Cumulus esset damnationis [illegible] domine hec fecisti et tacui. Tertia proinde misericordia fuit quod visitavit cor meum et immutavit ut amara fierent que male dulcia prius erant, qui letabar cum male facerem et exultabam in rebus pessimis. Incepi recogitare et annos meos in amaritudine anime mee. Et nunc domine commovisti terram cordis mei et conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. Multi enim ad penitentiam ducti sunt sed infructuosi, quorum penitentia etiam reprobata est sicut et prior culpa. Itaque et hec misericordia quarta fuit quod penitentem misericorditer suscepisti ut essem de numero illorum de quibus propheta beati inquit quorum remisse sunt iniquitates. Sequitur misericordia quinta per quam michi continendi

Nota vii misericordias quas facile [illegible] quisque in se inveniet

prestitisti virtute ne residuum pateret et esset novissimus error peior
priore. Quod enim manifeste tue est domine dextere et non humane virtutis susceptum se
mel peccati iugum a cervicibus excutere cum omnis qui facit peccatum servus est pecca
ti nec est liberatio nisi in manu forti. Jam vero postquam in hiis quoque misera
tionibus a malo liberatus ut fiat quod scriptum est declina a malo et fac bonum
in diversis aliis bona largiris. Hec due sunt genera promerendi que videlicet
munus bone conversationis indulges et spes obtinendi qua donas homini indig
no et peccatori de tua tenerius experta bonitate usque ad celestia sperandi pre
sumere ‖ Sermo de fragmentis septem misericordiarum. Sermo xxvi.

Citis quid fecerim septem vobis hodie misericordias proponendo sep
tem utique panes distribui. Nam si fuerunt michi lacrime mee pa
nes die ac nocte quanto magis divine miserationes. Multo enim dulci
us iste sapit reficit multo melius amplius que confirmant cor hominis. Verum mul
ta nobis ut fallor ex hiis panibus hodie eadem fragmenta. Nam et ego ipse
sentiebam inter frangendum multas eadem micas atque inter digitos properan
tis elabi. Verum ipsi si collegeretis aliqua vos videritis. Ego si nondum fastiditis
nunc que michi collegerim sub una communicabo ne forte incurram male
dictionem abscondentis frumenta in populis. Primum itaque panis si bene meminimus asser
vatio gratie fuit qua me licet indignum a multis peccatis adhuc in seculo po
situm custodivit. Huius ego tria teneo fragmenta habentia prorsus magnum
delectamentum saporis et alimoniam vite. Tribus siquidem modis a peccato me me
mini conservatum: occasionis subtractione, ~~vot~~ resistendi data virtute, affec
tionis sanitate. Multa enim in peccatum facile cecidissem si data esset occasio sed dei
miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque paulomi
nus cecidissem graviter impulsus violentia temptationis sed virtutem dedit dominus
rex virtutum ut sub me esset appetitus meus. Et ea quam sentiebam corporis
cetere mine consentirem. Sed et a quibusdam tam longe me fecit misericordia
tua domine ut penitus abhominarer ea et ne ulla quidem eorum me temptatione mo
lestaret ‖ Secundus quoque panis fuit expectatio qua tardabat ultionem
et indulgentiam cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite co
gitantes longanimitatem qua exhibuit electione predestinationis sue quam
implere voluit et caritatem nimiam qua nos dilexit. Propter hec enim ex
pectans expectavit me dominus et non attendit michi sed oculos suos avertit
a peccatis meis quasi nolens advertere quanta delinquerem. Propter hoc magnum dissi
mulabat ut commendaret patientiam suam ut impleret electionem suam ut
confirmaret caritatem suam ‖ Tercius quoque panis est scilicet misericordie qua traxe
rit nos ad penitentiam tria non minus fragmenta quorum frusta vobis appono. Tunc
enim ut bene memini concussit cor meum exterrens illud ut averteret suum vul
nus proprium et vulnerum sentiret dolorem. Etiam exterius deducens ad por
tas inferi et preparata iniquis supplicia monstrans et ut nichil iam noxie
remaneret delectationis meliorem michi consolationem inspirans spem indul
gentie dedit. In hiis tribus ego conversus sum credo per vespere. Jam vero

Nota tria modos quibus anima conservatur a peccato